



**R. P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère <1543-1623>**

**Mogvntiæ, 1617**

Cap. 27. De societate in genere,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78477](#)

quam emptore ignorantie, ex lege Domum, §. finali, ff. co-  
dem adhuc tiglo. In quibus omnibus casibus, non tantum  
in externo, sed etiam in interno foro venditio nulla est; ex  
defectu scilicet consensus tam veri, quam debiti.

Rescindi secundo debet venditio ratione violentiae: quia  
venditio per violentiam facta, tanquam inuoluntaria, est  
in utroque foro nulla. Debet tertio rescindi ratione metus  
illarum; non tamen quod sit ipso iure irritata, sed quod officio  
Iudicis irritari debeat in foro externo, in quo actio. Quod  
metus causa, datur contra eum qui incusit metum. Debet quarto ratione atatis rescindi auctoritate Iudicis;  
nam pupilli, ac minoribus, ut & Ecclesia, ac ciuitatibus, so-  
leat in iudicio concedi restituiri bonorum alienatorum. De-  
bet quinto rescindi ratio: solemnitas in alienando omis-  
sa. Vide dicta in praeced. cap. 7. sect. 1. ad intelligentiam qua-  
ratione id accipi debet. Debet sexto rescindi ratione pacti  
non seruati, si venditio non erat alias perficienda. Nam sic  
ea perficienda est in uoluntaria. Debet denique ratione conditionis  
non adimplentae, quia venditio contracta sub conditione,  
imperfecta est, donec conditio ipsa implatur.

## TRACTATUS IV.

## De societate.

**V**ONIAM mutuum surarium velari solet maxi-  
me contra duu societatis, idemque contractus ma-  
gnum habet usum in negotiatione, quia perficitur  
emptionib. & venditionibus; tractationem eius  
precedentibus proxime subiiciens. Atque de societate in  
iure ciuilis libro 17. Digestorum, & lib. 4. Codicis titulus ex-  
stat, qui dicitur Pro sociis, ac in lib. 3. Institut. qui dicitur, De  
societate. De eadem vero praeter eiusdem iuriis interpretes,  
& Canonistas ad cap. Per vestras, De donationibus inter  
virum, & vxorem, ac Sumimularios in verbo Societas, & in  
verbo Vlura, agunt tum Sotus in lib. 6. D. iust. & iure quæst.  
6. Nauar. in Enchir. cap. 17. n. 251. & in conuent. De vñis,  
num. 32. & aliquo sequentibus. Conradus De contractu  
quæst. 97. Couar. in lib. 3. var. resolut. cap. 2. tum post ip-  
pos, plerique recentiores, ut Gregorius Valentia 2.2. disput.  
quæst. 24. Petrus à Nauar. in lib. 3. De rest. cap. 2. à num.  
436. usque ad finem, Ludouicus Molina de iust. & iure tract.  
1. diligit 41. ac nonnullis sequentibus, alii. Dicimus ve-  
ro primo de illa in genere. Secundo, de illius multiplici va-  
riete. Tertio, de ea in specie, ut est circa negotiationem.  
Quarto, de ea, ut est circa animalia.

## CAPUT XXVII.

## De societate in genere.

## S V M M A R I V M.

- 369 Quid sit societas & quod debeat esse saltem duorum.  
370 Ad eam pertinet conuentio contribuendi, perficiique potest  
firme rei traditione, aut scriptura.  
371 Pertinet item, ut quisque sociorum alicuius, aut alii sua con-  
tribuat.  
372 Pertinet adhuc, ut eadem contribuio fiat ad communem lu-  
crum solum, & quod interduum sic fiat, ut constituant,  
non societatis, sed locationis contractum.  
373 Vsurarium non est, quod pecuniam contribuens ex ea lucere-  
tur, nulla apportiona sua industria.  
374 Socius dans causam damni in societate, quatenus teneatur  
ad illudare arcendum.  
375 Quinque modi quibus contractus societatis finit.

**Q**UID SIT, societas, non omnes eodem modo expli-  
cant, ut patet ex Nauar. in citato num. 251. Sylu. in ver-  
bo Peculum 2. quæst. 1. Soto in citata quæst. 6. art. 1. sed va-  
rietatem est in verbis, quibus indicare volunt, naturam  
societatis consistere in duorum, vel plurimum conuenio-  
ne contribuendi alicuius, vel aliqua ad commune lucrum.

Vbi aduertere ad societatem pertinere, ut sit duorum vel  
plurium, quia unus solus non contrahit societatem, sed duo  
aut plures inter se, qui ut ad id sint idonei, ex Sylu. in sequen-  
ti, quæst. 2. requiritur, ut possint se obligare, & contrahere.

Quod quidem non possunt iij, qui donare prohibentur,  
nempe ex eodem Sylu. in verbo 1. Donatio 1. quæst. 1. Primo qui-  
dem mensis impos. Secundo, prodigii cui datum est curator,  
vel alienatio interdicta est. Tertio, minor 25. annis, nisi post  
eosdem expletos, etiam habuerit a se factam donationem.  
Quarto seruus, & Religiosus, atque alij qui nihil proprij ha-  
bent. Quinto, vxor. Sexto, iij quibus alienatio est interdicta  
legibus, ut haeretic, & rei erimini laesae Maiestatis. Septi-  
mo, illi quorum bona sunt confiscata. Octauo, non domi-  
ni rei dandæ. Nono, is qui non est soluendo creditoribus.  
Videndum est cap. nonuna huius libri.

**A**DVERTE secundo, ad societatem pertinere, ut sit con-  
tentio contribuendi, aliter enim contracta conuentio, etia-  
si nomine societatis significetur (ut videre est apud Sylu. ip-  
sum in verbo Peculum 2. quæst. 3. & sequenti bus) non pertinet  
ad hunc tractatum, ut ex eo confirmatur, quod si una res lega-  
ta fuerit duobus, vel si haereditas pluribus communiter  
contigerit, vel eadem res a duobus empta fuerit, non com-  
petat actio, quia in iure dicitur Pro sociis, ex lege Ut sit, ff.  
Pro sociis. Quod satis ostendit, tales communicationes non  
habere veram societatis rationem. Potest vero conuentio  
contribuendi solo contrahendum mutuo consensu fieri ad hoc  
sufficienter ut societas perfecta sit absque rei traditione, aut  
scriptura aliave solemnitate publica; adeo ut celebrari pos-  
sit, non solum inter presentes, sed etiam inter absentes per  
epistolam, aut internuntium. Pro quo est textus satis ex-  
presius in lib. 3. Institut. tit. De obligationibus ex conuen-  
& deducitur ex lege Societatem, Pro sociis.

**A**DVERTE tertio, ad societatem quoque pertinere, ut  
quisque contrahentium, qui socij cunctorum, aliquid, vel aliqua  
contribuat. Quod sic intelligendum est. In societatem con-  
ferri possunt. Primo, pecunia, vel alia res estimabilis pecu-  
nia, ut vinum, frumentum, animalia, &c. Secundo, opera, ut  
labor nauigandi in exteris regiones, emendi, vendendi, ac  
portandi merces. Tertio, industria, qualis est negotiandi;  
consistens potissimum in his, ut scilicet videatur in quibus  
merciibus emendi pecunia sint expendenda; vndem illæ  
petenda, & quando, & a quib. emenda sint, quoniam pacto  
conservanda, quibus, & quo loco distrahebatur. Adde, diligen-  
tiam adhibendam esse. Quanda ratione dati, & accepti,  
& in faciendis expensis, seu sumptibus moderatis. Cum au-  
tem hæc ita sint, propositorum verborum sensus est: Soci-  
etatem perfici, sive quis tantum unum ex memoratis contri-  
butat, ut tantum pecuniam, vel animalia tantum, vel ope-  
ram tantum; sive contribuat simul plura ex eis, ut quando  
multi mercatores conferunt in communis stia pecunias,  
ut ex eis communis opera emptas merces ex a quo diuidant  
inter se, aut multi ciuidem officij, & artis, & pecuniam, &  
operas, ac industrias conferunt ad aliquod opus, ut multi  
piscatores ad aliquam pescationem, multi agricultores ad alicuius  
agri culturam, multi pastores ad custodiā alicuius  
gregis.

**A**DVERTE quartus, ad societatem adhuc pertinere, ut  
dicta contributio fiat ad communem lucrum sociorum. Nam si  
quis animalia tradat alicui ad custodiā, aut pet unum ad  
negotiationem cum hac conditione, ut totum lucrum sit  
tridentis, & alius certum stipendum pro operis positum ac-  
cipiat; non erit tunc societas, sed locatio operarum, ex parte  
Eius qui illas apponit; & conductio ex parte eius qui dat sti-  
pendium; siquidem hoc detur in pecunia. Quod addo, quia  
erit aliquo contractus in nominatus, non abhinc locatio  
ni, prout declaratur cum de locatione ipsa agitur. Quod si ei  
qui industria, & operas est pectorum, decerneretur specia-  
lis pars luci aliquota (quæ est quod ad latitudinem incertum est,  
eius tamen fbes equipollent certe), & determinato stipendio iusto,  
quod illi dandum esset, locatio ipsius operas tunc si exprimitur  
in contractu, quod eadem pars detur illi in stipendum, non  
societatis, sed potius conductionis contractus celebratus  
censeri debet. Vbi vero non exprimeretur eam partem in  
stipendum dari, sed simpliciter celebraretur contractus sub  
ea conditione, ut tot partes lucrisint ponentis capitale, &  
una talis aliquota sit illius qui præficitur negotiacioni, aut  
custodiæ pecorum, &c. contractus eius societatis; quando-  
quidem reuera, conuento interuenit contribuendi ad  
commune lucrum postea diuidendum.

Referi

370.

371.

372.

INAL  
LXIS  
P  
V

Refert autem plurimum, sitne contractus societatis, aut locationis operarum; quia si sit societas, ad dijudicandam proportionis & qualitatam; qua in hoc contractu debet maximus se uari, oportet expendere, quantum in ordine ad lucrum tales opera valeant comparatae cum ipso capitali, attentis singulorum apponentium periculis perdendi illud quod appetunt. Si vero contractus sit locationis, ad obseruandum quam oportet aequalitatem, satis est ut lucrum quod specialiter promittitur, aequaliter certe si pendio iusto operarum apponitur. Vnde si p. fiet, v. pars lucri, qua secundum hanc considerationem ex contractu locationis censebitur iusta merces pro operis ipsius debita, non censeatur iusta portio secundum priorem considerationem, siue vt est ex contractu societatis debita, eo quod non seruetur aequalitas iuxta eam portio nem, quam capitale habet ad calorem operas in ordine ad lucrum. De qua re plenius in sequentibus.

**A D V E R T E** quinto, non debere mirum videri, neque usurarium existimari, quod is qui apponit capitale in pecunia, quantumcumque utili industria apponat, particeps si at illius communis lucri. Id enim non est, industria apponenti tale pecuniam mutuo dare cum pacto aliquid ultra sortem accipendi, vt sit in via, quia is qui pecuniam tradit in societatem, non abdicat a se illius dominium (ideo enim socii non possunt ea uti pro libato, & extra societatem ext. ab. re) ac in negotiatione substat datus periculo, id est, si pereat, et perire. Inde igitur fit ut illa tanquam res ipsius censeatur cooperari ad lucrum, eaque de causa possit titulus societatis acciperi, aliquid tanquam fractum luce pecuniae negotiationi expositus. Quod si aliquando in societate pecunia apposita non stet periculo apponentis, sit ex eo quod interuenierit contractus assecuracionis, prout in sequenti cap. exponetur. In mutuo autem cum dominium pecunia transeat in mutuatario, & ideo stet ipsius pericolo, id est, si pereat, ipsi perire, sit ut mutuans nihil possit accipere ultra sortem. Ita ex D. Thom. 2. quas. 78. art. 2. ad quinum, notat Nauar. in Enchir. cap. 17. num. 25. & consentiunt Sotus in 6. De iust. & iure, quas. 6. art. 1. & Sylu. in verbis Societas i. quas. 1.

**A D V E R T E** sexto, quod habetur ex §. vlt. Inst. tutis, De societate, & ex lege Cum duobus, §. Venit, & duobus sequentibus, ex lege Non ob eam, & sequenti, ex lege Socius, & ex lege Si frates, §. Si qui societatem, ff. Pro socio; vnumquemque sociorum ex vi contractus societatis, de tuto damno, quod dolo, vel lata; aut leui culpa ipsius euenerit, teneri alii tanquam eum qui iniuriam illis fecerit; eidem damno malitia, aut negligencia sua causam dando: neq; ex eo excusat, quod alias per industria ipsius multum lucri iisdem aliis accesserit, prout habetur ex citata lege Non ob eam. Et ratio est, quia hinc societas, ceteri socii participes sunt lucri, quod per vius industria acceperit. Quod si damnum casu fortuito, aut culpa leuissima contigerit, ipsum est omnibus sociis commune, & inter eos dividendum, quia societas contractus in omnium utilitatem celebratur, & communiter in contractibus ea ratione celebratis, de culpa leuissima, aut de casu fortuito nemo tenetur. Porro ex §. vltimo, & ex lege Socius, ante citatis, nomine leuis culpa, hic intelligenda est negligentia, qua socius omisit adhuc diligenter, quam communiter adhibere propriis rebus, attenta qualitate & ingenio ipsius. Quod si quis si parum diligenter, aut parum industria locum assumperit, de se tantum conqueri debet, vt ibidem additur.

**A D V E R T E** septimo, locum qui ab alio, aut ab aliis sociis conuenit quoad ea qua ad societatem spectant, priuilegium habere iure communis (Institutus scilicet, §. Sed et si quis De actionibus, & Digestis, lege Verum in principio addita ratione, quod societas ius quodammodo fraternitatis in se habeat) quod est, vt ipse non teneatur ultra illud quod potest facere, commode scilicet, vt interpretari licet congruerter legi in condemnatione, ff. De regulis iuris, praescribenti in condemnatione personarum habendam esse rationem ne egant. De quo plenius Ludo. Ricus Molina De iust. & iure vlt. 2. disput. 413, qui legendus est pro ratione iudicandi de tali egestate, spectante potissimum ad eos qui causas agunt in foro externo. Quoad forum vero internum circa idem priuilegium obseruandum est, ipsum non habere locum in eo qui dolo malo fuit in causa, vt non possit soluere, ex cita-

ta lege Verum in principio. Deinde illum qui per tale priuilegium non soluit integrum debitum, praeesse debere caritionem, seu promittere, se integrum solutum, si ad pinguiorem fortunam venierit. Quod si habeat unde e modo soluat, cogi potest ad integrum solutionem. Neque in care habendam esse rationem, quod alia debita habeat, quam exsocietate, intelligitur ex eadem lege Verum; §. Id quod.

Atque in hac de cetera fundari potest illud, quod post Petrum à Nauar. lib. 3. De restit. cap. 1. num. 114. contra Nauarum in Enchir. cap. 17. num. 155. habet Leonar. Lefins De iust. & iure lib. 2. in fine, cap. 22. in contractu societatis inter virum, & vxorem, quo lucra sunt eis communia, si maritus cui commissa est administratio, prodige agat, solito matrimonio hyades ipsius teneri vxori, quia prodiga administratio, profusio est potius quam administratio, & hoc ipso, quod aliquam lucra extant, sunt vxoris pro media parte iuxta conditionem societatis initia ad commune lucrum. Neque maritum excusat, quod talium lucorum administrationem habeat, cum vxor perinde a se, eiusmodi lucorum dominium, & possessionem habeat ab initio quo acquisita sunt. Quocirca ille non minus obligatur ad restitutionem, quam alius locius, cui socii ceteri commisissent tota administratione in commune bonum. Quia si vxor ipsa, addunt illi, non possit alia ratione obtinere; vt poterit occulta compensatione, quam ex prodige consuētus a marito, ad eam pertinebat.

**A D V E R T E** octavo, cōtractum societatis finiri quinque modis: ac primo, renunciatione; & id vel expresse, vel tacite. Expressè quidem, cum socii specialiter societatem dissoluunt ex communi consensu. De qua re in §. Manet, Institutus De societate; debentque omnes socij renunciare, aliqui ex lege Actione, §. Item qui societatem, ff. Pro socio, qui socius renunciavit, sociosa si liberat, non autem se a socijs, & ideo particeps est danni, si quod contingit, non item lucri. Tacite autem finitur societas renunciatione, cum quisq; sociorum cōperit seperatim negotiari, ex lege Itaque, ff. codem titulo. Cum autem quis solus renunciat (quod lib. ram. §. 2, quando nullum tempus praefinitum est intra quod s. ciuit. disoluunt non posse, ex lege vlt. imma, Cod. Communi diuidendo) debet socios montere, lucrum que quot fecerit, antequam certiores facti sint, commune erit, non item damnum, quod quidem erit proprium ipsius, ex lege Sed & socius, §. 1. ff. Pro socio. Ex qua etiam habetur, illud quod idem loci acquiescerint, esse tantummodo ipsorum; detrimentum vero ab eis factum esse commune. Adhuc si renunciat fiat procuratori absens, ea huic non nocebit, donec ratam eam habuerit, ex supra cit. lege Actione, §. Item scriptum.

De qua renunciatione occurrit notandum, eam tanquam irrationalib[em] non licere. Primo, si intempestu[em] sit, itaut damno sit societati. Secundo, si sit dolose, vt scilicet renuntias solus participiter aliquo lucro, q[ui] est alioqui commune ceteris sociis. Tertio, si finita sit praeferita certa tempore, intra quod perseverare deberet, nec dum illud effluxerit, nisi aliquis euctus excusat, vt si renunciant non serventur pacta, & conditiones sub quib[us] inita fuit societas. Itē si socii ita sint iniuriosi, ac damnois, vt prudentis iudicio non sint ferēdi. Itemq; si cesset spes obtinendi id, cuius gratia societas est initia. Ac demū si talis ideo renunciet, quod Reip. causa diu, & inuitus absens esse debeat, nisi per alium possit societatem commode administrare, aut sine suo detrimento totam alios sociis committere. De quibus Lud. Molina in sequenti disput. 414. versus finem.

Secondo, ex §. Soluit, Institutus de societate, & ex lege Actione, §. Morte, ff. Pro socio, nisi aliter conuentum sit, societas finitur morte viuis ex sociis, non modo naturali, qua separatur anima à corpore, sed etiam, ex lege Verum, §. finali ff. Pro socio, civili, quia socius diminutionem patitur capitis maximum, aut medianum, nimurum libertatem, aut ius cōtatis amittendo. Heres autem defuncti socii non succedit in ipsius locum, ex lege Plane si hi, ff. cod. tit. Et ratio est, quia certam personam eligit, qui societatem contrahit. Et non raro accidit, vt heres non sit tam idoneus ad societatem, quam defunctus socius. De qua re pluribus Molinain principio disputationis 414. citatae.

Tertio finitur societas, finita negotiatione propter quā cōtracta fuit, ex citata lege Actione, §. Itē si alius. Quarto dissolu-

dissoluitur publicatione bonorum omnium, hoc est, si socij bona vniuersalib[us] ob delictum aliquod publicentur, Instit. loco citato, §. Publicatione, & lege Actione, ff. Pro socio, §. Publicatione. Vbi ratio additur, quod talis pro mortuo habeatur, cum aliis in locum ipsius succedat. Q[ui]nto, finit[ur] si unus ex sociis aere alieno pressus cesserit bonis, ex §. Item quis, Institutis De societate. Addi etiam potest ex lege Verum, §. finali, ff. Pro socio, societatem dislocari (sicur dicitur mortuis personis) si capitale perierit in totum, aut si conditionem ita mutarit res circa quam contracta fuit societas, vt ad hanc illam non sit idonea, vt si in parte agri quem rusticus inita societas cum domino suscepit conditum pro media parte fructuum, Ecclesia adfiscetur publica autoritate.

## C A P V T XXVIII.

De multiplici varietate societatis.

## S V M M A R I U M.

376 Societas quedam initur expresse, quedam tacite.

377 Quedam in omnibus bonis, quedam absque mentione omnium bonorum, &amp; quadam in una tantum negotiatione, vel in una tantum re.

378 Quedam ad definitum, &amp; quedam ad indefinitum tempore, &amp; quod in uno vno vnum tantum apponente, ceteris apponentibus plura, &amp; quedam singulis plura apponentibus.

379 Quedam in mercatura, quedam in aliis initur, &amp; quedam licita est, quedam illicita.

380 Conditions requise, vt censeatur licita.

381 Quedam est simplex, ac nuda, &amp; quedam mixta aliis contractibus, preservata affsecrati.

382 Quid operatur affsecratio.

383 Fraudes quo in affsecratio contingere possunt.

384 Quodnam censendum sit iustum per etium affsecratio, &amp; an non tantum de mercibus, &amp; lucro ex eis querendo, sed etiam de vita hominis affsecratio fieri valeat.

**P R I M A** societatis varietas est, quod quedam inceatur expresse, & quedam tacite. Expressè quidem, quando duo, vel plures consulti, ac deliberate de rerum suarum communione, expressis verbis concuerint. Tacite vero, quando duo fratres exempli gratia, ceteri maiores contulerint quidam in commune, & ex eo negotiati fuerint; tacite enim inter eos in illa negotiatione societas est contracta, secus esset vero si ad communem hereditatem vocarentur.

Secunda varietas est, quod alia expresse inceatur in omnibus bonis, seu expresse consentientibus inter se sociis, vt ea sit omnium bonorum, & tunc in eam veniunt bona omnia tamen praesentia, quam futura, qua perseverante societate acquirentur, sine ex negotiatione, sine hereditario iure, siue ex legato, aut donatione. Id quod sufficienter exprimitur per notam vniuersitatim, *Omnium, & apertius si addatur ei, quicunque titulo res acquirantur.* Tali autem societate dissoluta, nisi ab initio illius inita, aliud inter socios expresse, vel tacito faciat constitutum, facienda erit diuiso in partes aequales. Nea obstat quod non sint a singulis apposita bona aequalia, quia qui minus apposuit compensare potuit per suam industram, aut nobilitatem, aliamque qualitatem, aut ceteri, illud in quo deficit, ei condonare. In his omnibus Doctores consentire notat Molina in tract. 2. *disput. 42. sub initium.* De quibus habentur textus, Institutis De societate, §. 1. & ff. Pro socio, lege 3. §. Cum specialiter, & lege quinta, alego si societatem. Alia vero contrahatur simpliciter absquamatione bonorum omnium, tuncque in eam veniunt solum ea quae ex quæst[u]lo operare personali socii acquisierint, nimirum locando operas suas, aut quid aliud, aut emendo, vel vendendo, vel permutando, aut quocunque alio titulo oneroso. Hereditates autem, aliaque acquisita titulo gratioso, non veniunt in talen societatem, eo quod non obueniant ex quæst[u]lo, operare personali, sed ex benevolentia, & liberalitate alicuius. Habetur haec doctrina ex lege Cœri societatem, & sex sequentibus, ff. Pro socio. Alio porro contrahatur in una tantum negotiatione, puta vini,

olei, frumenti, lanarum, & aliarum huiusmodi gerum: tuncque in eam veniunt tantummodo lucra profecta ex eadem negotiatione. Aliæ denique contrahitur in vna tantum re, vt in uno equo emendo, vel in uno officio administrando, & tunc societas non extenditur ultra eam rem.

Tertia varietas est, quod quedam contrahatur ad certum definitumque tempus, & quedam ad indefinitum, vt vsque ad socij, vel alterius nominati mortem ex lege i. ff. Pro socio. Ex qua habetur contrahi etiam posse sub conditione, nempe, vt vim habere incipiat dependenter ab aliqua conditione, vel vt finiat adueniente aliqua conditione.

Quarta varietas est, quod cum in societatem plura conserfi possint, vt in preced. cap. anno taunus, quedam sit in qua singuli socii singula ex illis conserfunt, vt unus pecuniam, alter operam, & laborem, tertius industram, & quartus expensas aut instrumenta necessaria, velut retia ad piscandum, nauigia, aut iumenta ad portandum merces. Quædam vero sit, in qua singuli conserfunt illa omnia; & quædam in qua nonnulli, unum, aut duo ex illis ponunt, & reliqui, vel omnia, vel duo, vel tria. Atque quod quisque ponit, dicitur ipsius sors, seu capitale, aut principale, de cuius valore in societate cum oritur difficultas, recurrendum est ad peritos in taliter gocio, ad illorumque arbitrium valoris et taxandus est.

Quinta varietas est, quod quedam in mercatura versetur, vt que initur cum mercatore, & mercatoria dicuntur: quædam vero versetur in artificiis, seu opificiis, vt que cum artifice aliquo initur, quædam autem versetur in animalibus, vt que initur cum pastoribus, seu rusticis, & socida dicitur, quædam porro in pescatione, ut pote que initur cum pescatoribus, & dicitur nautica, seu pescatoria, quædam porro in frugibus, & cultura agrorum, que dicitur societas agricultorum, & quædam in officiis, que dicitur societas officiorum.

Sexta varietas est quod alia sit iusta, licita, & aqua, altera illicita, iniusta & iniqua: sed hac non cenfetur proprie societas, iuxta illud quod habetur ex lege. Quod autem, & tribus sequentibus, ff. Pro socio. Initia quacunque societate, si unus sociorum aliquid furto, aut alio maleficio acquirat, id non pertinere ad societatem, nec alii sociis communi[n]e effici. Quo fit, vt si id ipsum quod socius male acquisuit, sua sponte in societatem conserfat, ceteris existentibus in bona fide, sic inquam, vt si illud repetatur, idem socij tenentur contribuere quantum accepérunt, vt tradatur ei cui facienda est restitutio. Sin idem fuerint socij maleficij, tanquam participantes in iniusta acceptio[n]e, teneantur ad integrum restitutio[n]em, & ad penam quæ tale maleficium puniuntur fuerit auctoritate Iudicis. Pro quibus facit communis doctrina de restituendi obligatione exparticipatione in iniusta acceptio[n]e.

C A T E R V M vt licita sit societas, quinq[ue] conditions requiruntur, quarum vna aliqua deficiente, illicita erit. Prima est, vt sortes exponantur alicui negotiacioni, idque pericolo exponentium: ita & per eunt per eant ipsis: nempe pecunia quidem per eunt exponenti ipsam, opera similiiter per eunt ipsam exponenti, & sic de ceteris, nisi interuenient contractus affsecratio[n]is, de quo paulo post. Itaque iniqua & usuraria est societas, quæ aliquis Clerico, aut alteri qui non est negotiator, dat centum aureos, vt pro illis accipiat quinque quotannis. Non enim est tunc societas, sed usuraria palliata societatis specie, cum talis pecunia mutuetur re ipsa, non autem detur in societatem.

Secunda conditio est, vt negotiatio cui sortes exponuntur, sit licita, nec prohibitas vnde iniqua est societas quæ initur cum usurario ad committendas usurias, aut cum camphore qui cambia iniqua exercet, aut cum mercatore ad iniustas ac fraudulentias emptiones & venditiones.

Tertia conditio est, vt sortes cuiusque socij æqualiter exponantur tam periculo, & damno, quam lucro: vel certe si in æqualiter exponantur, aliunde in æqualitas ipsa compensentur, vt sit quando societati adiungitur vel contractus quo affsecratur capitale: vel contractus quo lucrum incertum, certo pretio emitur: vel certe vterque simul sit. Interuenire autem potest aliquis talis contractus vel formaliter, & expresse: vel tacite, & virtute tantum, vt cum dantur pecuniae iis quin societate communiter solent admittere socios,

378.

379.

380.

INAL  
LXIS  
P  
V